

Gerhard.

Wennigerode 1747.

1978

L

1650/8.

ref







PROGRAMMA SCHOLASTICUM  
DE  
SELECTU HISTORIÆ LITTERARIÆ  
IN SCHOLIS INFERIORIBUS  
SOLLICITER ET UTILITER INSTITUENDO,  
QUO  
AD

EXERCITATIONEM  
ORATORIAM

IN SCHOLA OSTERVICENSI DIE XXVIII. NOV.  
HORA IX - XII.

AB ADOLESCENTIBUS NONNULLIS  
CELEBRANDAM,  
OMNES

MANSUETIORUM LITTERARUM  
MÆCENATES, FAUTORES AC  
PATRONOS

EA, QUAE FIERI DECET, OBSERVANTIA  
INVITAT

FRANC. ANT. VAL. GERHARD,  
RECTOR.

WERNIGERODAE, M DCC XLVII

Exscripsit litteris Ioh. Georg Struck, typographus aulicus.



*Handwritten signature: Rector Schick*

## Conspectus tractationis.

- H**istoria litteraria definitio §. I.  
Ejusd. necessitas et utilitas. §. II.  
a) in scholis superioribus. §. III.  
b) in inferioribus. §. IV.  
Plures tradendi illam rationes. §. V.  
Harum in scholis inferioribus optima et commodissima per selectum instituendum. §. VI.  
a) in historia ipsarum scientiarum et artium. §. VII.  
b) in historia virorum eruditorum doctorumque. §. VIII.  
c) in historia librorum praestantissimorum. §. IX.  
Cautela in historia litteraria studio observanda.  
aa) a doctoribus scholasticis,  
bb) litterarum studiosis. §. X.



78 L 1650

AK



## Q. D. B. V.

### §. I.



electum igitur historiae litterariae in scholis inferioribus instituendum, brevissimis, quoad ejus fieri potest, edicturi videamus primum, quid celebris illa historia litteraria sit, quasve circa res potissimum versetur, quantum eo melius de selectu illius instituendo iudicium ferre possimus. Est itaque, si eos spectes, qui ejus cognitione gaudent, notitia tum scientiarum et artium liberalium, tum virorum doctorum, librorumque ab iis scriptorum, origines, fata, vitas, merita et sana horum omnium iudicia continens; si vero illam litteris scriptisve expositam consideres, est narratio vel descriptio eorum omnium, quae prius allegata fuere; prouti vero haec, ita et illa, quantum fieri potest, solida, id est, ex genuinis fideque dignis monumentis profecta esse debet.

### §. II.

Ex his cuius intelligenti facile patet, vere eruditorum neminem hac historiarum parte carere vel posse vel debere. Si enim civilium historiarum ignari semper pueri esse a Cicerone censentur: quid

quid illi evenire putas, qui litterati nomen speciemque prae se ferens, ipsarum litterarum civiumque in orbe litterato illustrium fata meritaque nesciat? Nonne jure indignus hoc nomine judicabitur? Nonne, ut alia taceam, in alium quasi orbem se elatum esse existimabit, si e. g. de imminente barbarie litterarum, de infantia, pueritia et virili aetate linguae latinae, de Manuele quodam Chryfotora, de Buxtorfi Tiberiade, de Witfii Ægyptiacis, de Corpore Byzantino, de Centuriatoribus Magdeburgenfibus, et sexcentis aliis sermonem institui audiverit, quam bene igitur rebus suis consulunt, qui scientiarum optimarum campos ingressi, nec historiae litterariae fines infalutatos invisosque relinquunt, quam caute mercari, quam secure praevisos scopulos praeterire, rectamque viam insistere, quam denique justum scientiis pretium statuere discunt, ut neque suorum inventorum nimii admiratores, neque aliorum fastuosi contemptores fiant.

## §. III.

Ubi vero locorum nobilissimae hujus scientiae institutiones, diligentius tradi, magisque commendari deberent, quam in academiis ludisque litterariis, bonarum artium officinis? Quae enim quaeso academicarum lectionum, sine hujus cognitione, solide exponi percipique potest? Nonne manca mutilaque omnia in scholis doctorum erunt, praestantissimis libris nec consultis, nec data occasione commendatis. Nonne trepidi et anxii scripturientes auditores, vel minutissima docentium verba calamo excipient, dictaque cuncta ex tripode esse, sine librorum notitia, existimabunt. Nonne audita eruditorum nomina e. g. Lightfoot, du Fresne, Bayle, Basnage, Vavassor etc. summam animis eorum sollicitudinem injicient, ne false ea audiant scribantque. Et quomodo denique de ipsis Professorum scholis earumque vel soliditate vel levitate rite judicare poterunt, neglecta praestantissimorum in qualibet scientia virorum librorumque cognitione?

## §. IV.



## § IV.

Frustra autem haec in Academia a litterarum studioſis requiſiſeris; niſi primae harum rerum lineae in ludis litterariis ſ. ſcholis inferioribus diligenter ductae fuerint. Quilibet vero vel me non monente intelligit, per ſcholas inferiores non quaſvis hoc nomine inſignitas; ſed eas tantum a me indicari, in quibus ſtudioſa juvenus litteris, quas vocant humanioribus imbui, atque altiores Academiarum ſcientias praeparari ſolet. Eaque propter nec omnes in ſcholis ſcholasticos ad historiae litterariae praeparationem admittendos eſſe judico; ſed illos modo, qui fundamentis in latina, graeca hebraicaque linguis, Geographia historiae civili et univerſali rite jaſtis in eo ſunt, ut Academiis petere velint, brevi: primi ordinis dignos cives. Hos neſas eſſe crediderim litterariae historiae ſcientia deſtitutos, ad ſubſellia Academica dimitti. Dic enim ſodes! qui poſſunt ejuſmodi juvenes maxime neceſſaria notatuque digniſſima in Academicis praelectionibus excipere, niſi ex historia litteraria in ſchola jam deguſtata didicerint, quae paree et quae copioſe in eruditorum ſcriptis expoſita ſint? qui cognitae doctrinas ex fontibus ſuis derivabunt, aliorumque idem ſententium dictis confirmabunt, praetantiſſimorum librorum ignari? Hinc videas, plurimos e ſchola venientes juvenes, in Collegiis vulgo ita dictis minutiffima quaevis chartis ſuis illinere. Vix dum doctor publicus praeſequitur: Auditores vel viri-juvenes praetantiſſimi, Commentationem ſuam ingreſſus eſt, quo ſtatim illud tanquam ſingulare aliquid papyris ſuis fideliter commendant, cetera vero Cedro aeternisque marmoribus digna aeſtimant. Et quantam temporis et pecuniae jaſturam facient, in haud utilibus viliffimisque libris evolvendis coemendisque? Quantopere ingemifcent, ſine viae ducibus i. e. ſine doctiſſimorum librorum viro- rumque cognitione, per Maeandros atque ambages iviſſe, ſcriptitandoque malum illud hypochondriacum ſibi contraxiſſe? Hi ſi in ſcholis fidelibus gavifi eſſent magiſtris, qui eos prudenter et ſobrie doctorum institutionibus utendum eſſe, mature monuiſſent, nec

dici scribique facile, quod non antea scriptum dictumque sit, docuissent, et denique qualis in scholis audiendis librisque cum fructu legendis selectus instituendus sit, monstrassent, raro vel nunquam ejusmodi querelas eos jactare audires. Ne igitur mirere, in Academiis saepius doctores de male scribentium ruiditate et de multa scripturientium intempestivo pruritu conqueri, [a] si ex scholis in historia litteraria trunci et stipites ad Academias mittuntur, qui tabernas vinarias diligentius, quam librias frequentant, et ubivis se potius quam in museis ac Bibliothecis inveniri patiuntur.

## S. V.

Egregiae hujus studii in omnibus scientiis utilitatis non nescii deque commodo studiosae juventutis vere solliciti, in scholis atque Academiis doctores, plures inere vias, quibus solide, iucunde atque utiliter illud discantibus traderent; Alii per secula, alii per summa cuiuslibet scientiae capita euntes; [aa] Alii singularum gentium, alii unius praesertim populi historiam litterariam exponentes; [b] Alii totis voluminibus latius, [c] alii justis compendiis strictius hancce doctrinam persecuti; (d) Alii cum civili, (e) alii cum sacra sive ecclesiastica historia (f) eam conjungentes. His omnibus tuas constare laudes suasque utilitates facile largior, adeo, ut illud: quis unquam culpavit? merito audirem, si mea laudatione, horum operum meritis et dignitati addi aliquid posse, arbitrarer; id vero salva eorum praestantia atque nobilitate affirmare

a] e. g. loach, Langius in *instit. Studii Theologici litterar.* p. m 30. et 31.

a) Stollus in *introd. in histor. litter. et Schmeitzel in histor. litteraria.*

b) Reimmannus in *introd. ad histor. germanor. litter.*

c) Idem Reimman in *histor. litterar. et Gundlingii ausführliche discours über Heumanni Couspectum V. partes in IV.*

d) Struvius in *introd. in nou. rei litterar. Francf. 1729.*

e) Freycrus in *historia universali.*

f) Langius in *historia eccl. in 4to. et Buddeus.*

mare autem : scholarum inferiorum tironumque in historia litteraria usibus, minus ea accommodata esse ; licet illis, quibus scripta edita sunt, egregiam utilitatem praestare possint.

S. VI.

Hinc solertes ludorum litterariorum doctores de commodissima ratione, discipulis suis historiam litterariam tradendi, jure sunt solliciti. Qui quidem omnibus rite circumspicentis, facile sentiunt, quam inconsulte agerent, si omnia hujus historiae momenta et capita, sine rerum et ingeniorum selectu, longo sermone multorumque annorum spatio, explicare deducereque velent, adductis iis, quae vix Academicis auditoribus, subactisque in hac scientia ingeniis inservirent. Artem igitur et hic longam vitamque brevem, nec multa, sed multum, ut in proverbio est, discendum docendumque esse probe meminerunt cauti hujus scientiae magistri. Quapropter optima i. e. maxime necessaria utilissimaque ex historia litteraria seligenda proponendaque esse, statuimus ; sic enim et discendum fastidio, et pretiosissimi temporis iacturae occurrere ; jucunditati vero utilitatis ex hac scientia percipiendae, optime consuli, experiundo omnes fatentur.

VII.

Ordinem ut in omnibus rebus animam esse, recte dicitur, ita et in selectu litterariae historiae rite instituendo, utramque facere paginam, nemo non videt. Adeoque non confuse nec praepostere historiam alicuius scientiae tradas, quam ne primis quidem labris litterarum studiosi degustarunt, cuique penitus operam dare nec volunt nec possunt. Adeoque ordinem minime observaret, qui e.g. sacrarum litterarum cultori artis medicae historiam prius, quam Theologiae, et legum studioso, sanctioris doctrinae magis, quam Civilis et Canonici juris fata enarrare institueret. Ordine igitur scientiarum rite constituto, illisque antea bene comprehensis

fis, quorum historiam traditurus est doctor scholasticus, in eo maxime elaboret, ut eas praesertim scientias recensendas sumat, quae necessitate utilitateque sua se maxime commendant, et de quibus verendum est, ne vel nimis suspiciantur, vel seignius, quam par est, excolantur. In scholis Theologiae, Philosophiae et Philologiae i. e. litterarum humaniorum historiam, prae ceteris tradendam esse opinor, istam ut ejus studiosi mature discant, originem incrementa et decrements, omnesque nobilissimae hujus scientiae partes, in Academiis proponendas, uno quasi conspectu pervideant; illam, ut ex veterum Philosophorum sententiis et placitis, moderatius de novis sentiant videantque, quam multa scientiae omnium possibilium adhuc desint; hanc vero ut ejus ambitu fatisque diversis meliora edocti, diligentius operam illi dare discant,

## §. VIII.

Si porro ad viros doctos eruditosque, rem litterariam illustraturus ludimagister devenerit, accuratum et eorum selectum faciet, ita ut primo in qualibet scientiarum parte; orbeque erudito lumina et antesignanos, vita, ingenio, studiis meritisque maxime insignes sollicitius percenseat e. g. Melancthonem, Erasmmum Roterod. Grotium, Hotomannum, Manutios, Bochartum, Coccejum, Graevium, Gronovium, Buxtorfios, Geierum, Ittigium, Buddeum, Cellarium, Vitrinam, deinde ut cuiusvis tum eminentes laudes et praecipua opera, tum notabiles defectus, sine partium studio indicet, tacendo eos omnes, qui uno alterove libello vel schediasmate inclaruere. Qua quidem in re per secula a. c. n. omnia felicissime progreditur, ex quolibet scientiarum ordine eos in medium afferens, quorum nomina, vitas et edita opera nescire, crimen ignorantiae litterariae turpissimum est,

## IX.

Praecipuum vero totius historiae litterariae momentum, meo qui-



quidem iudicio, in optimorum ex quavis scientia librorum, cognitione et selectu positum est. Qua quidem historiae litterariae parte, scholasticis aequae ac Academicis juvenibus, nihil magis necessarium magisque utile esse existimo, adeo, ut si vel in hac tantum probe versati fuerint, ceteris ad tempus facile carere queant. Quapropter omnem operam fidelis magister navabit, ut ne praestantissimorum in omni eruditionis parte librorum inscii Academiae petant discipuli, nec aeris temporisque iacturam, in cōmendis legendisque inutilibus libris, facere eos patiantur. Id quod facile cavebunt, si disciplinae suae creditos, de tribus bonorum librorum requisitis h. e. de soliditate, ordine et perspicuitate, in exemplis probe doceant, tum si iis brevibus ostendant, qui e. g. Auctores Classicos optime ediderint? Quis optimam Logicam, Physicam et Metaphysicam scripserit? Quis Theologiam, Iurisprudentiam Remque Medicam accuratissime exposuerit? Ad clariorem igitur penitiorumque harum rerum cognitionem, deducendi erunt juvenes in selectiores privatas publicasque Bibliothecas, melioris notae libros, oculis usurpaturi. Qua occasione et praestantissimorum typographorum e. g. Frobenii, Plantini, Stephani, Elzeviriorum et Cottae operas nosse poterunt. Et denique eximios librorum indices e. g. B. Mayeri, Jablonskii et L. B. de Ploto etc. perlufrandos iis commendent. Qua via si diligenter perrexerint, fore spero, ut eos librorum notitia destitutos esse, non facile quispiam queratur; lubet vero, in illorum, qui in hac scientia tirones sunt, nec satis forte intellexerint, quomodo ejusmodi selectus instituendus sit, exempli gratia selectissimam eorum librorum suppellectilem indicare, quibus et scholae vel Gymnasia alicuius dignus civis et genuinus in Academia sacrarum litterarum Cultor, instructus esse, allaboret.



B

Sup-

## Suppellex libraria :

## I.

## Scholastici.

- 1) in Philologia :
- a) *Maji vel Reineccii Bibl. Hebr. et Bengelii vel Millii N. T. græc.*
- b) *Utrumque Stockii Lexicon hebr. et græc.*
- c) *Autores classici, quos Grævius, Minellius, Cellarius, Corte, Burmannus, Ernesti etc. ediderunt.*
- d) *Fabri ex edit. Gesneri, vel Hederici Lexicon Analyt. 2 Tom. forme octava majoris.*
- e) *Grammatica Marchica major græca & latina.*
- f) *Fabricii Bibliotheca latina & Walchii Historia Critica lingua latina.*
- g) *Heineccii fundamenta Styli ed. Gesner. vel M. Carl Henr. Langii Institut. styli 1745.*
- 2) in Historia :
- a) *Civili: Essigs Compend. histor. univers. cum Puffendorffii histor. & X. Tom. Hubnerianis, it. Imhoff's historischer Bilder-Saal.*
- β) *Eccl. Heinsii Auszug aus der Kirchen Histor. & Moshemii breviores institut. histor. Christiana.*
- γ) *Litterar. Heumannii Conspectus histor. liter. vel Schmeizels histor. liter. it. Bertrams Anfangs-Gründe der G. D.*
- 3) in Geographia :
- M. Hageri vel Habneri jun. Geographia 3 Tom. cum Atlante quodam Homanniano.*
- 4) in Philosophia :
- Baumeisteri institut. & definit. Philosoph. Layritzii Logica & Gottschedii Anfangs-Gründe der Weltweisheit.*
- 5) in Antiquitatibus.
- Nieuportii Expl. rituum Romanor. & Hederici Antiquitatum Lexicon cum Acerra Philologica Hal lensi.*
- 6) in Mathesi :
- Sarganecks Geometrische Tabellen. Sturmii Mathesis juvenilis. Wolfs Anfangs-Gründe der Mathematis. Wissenschaften.*

II. Aca-

II.

Academici.

S. Sacrar. litter. studiosi.

1) In Philologia :

a) Iablonskii vel D. Michaëlis  
Bibl. Hebraica cum annotat. uberioribus in 4to.

b) Bengelii N. T. majus cum apparatu Critico.

c) Breitingeri V. T. graecum s. vers. LXX. viralis.

d) Cocceji l. Guffetii Lexic. hebr. & Scapula graecum.

e) Le Nouveau Test. de Mons. Beausobre & l'Enfant.

2) In Theol. Thetica :

Buddei Institut. Theol. Hollazii Examen Theol. Acroamaticum & Speneri Glaubens Lehre c. Chemnitii locis Theol. salvis ceteris.

3) in Theol. Exegetica :

Glasfii Philologia, Bengelii Gnomon N. T. Speneri Exegeses & Seb. Schmidii commentarii Lampii expl. Ev. Johannis. Vitringa comment. in Jesaiam & Langii commentar. latini in Ep. Petri & Johannis.

4) In Theol. Patristica :

Grabii spicilegium Patrum. l. Coctelerii Patres Apostol. & Ittigi Bibl. Patrum c. Riveti critica sacra.

5) In Theol. Polemica :

Walchs Einleitung in die Rel. Streitigkeit. & Stapferi Institut. Theol. Polemica.

6) In Theol. Casuistica & Pastoralis :

Speneri Theologische Bedencken, germ. & latin. Arnolds geistliche Gestalt eines Evangel. Lehrers, & Theol. Pastoralis Practica, qua Magdeburgi prodit.

7) In Theol. Ascetica :

Lutheri, Arndtii, Speneri, Franckii, Arnoldi, Rigeri & Sam. Lucii scripta Ascetica, salvis ceteris.

8) In histor. Ecclesiastica :

1) Ex veteribus : Eusebius, Sozocrates & Sozomennus. Eusebii continuatores cum Evagrino,

B 2

(2 Ex

- 2) *Ex recentioribus: Buddei histor. Eccles. V. T. Walchii N. T. nuper in forma quarta edita & Weismanni introductio in historiam ecclesiasticam N. T.*
- 9) *In histor. Philosoph. & litterar. Bruckeri historia Critica Phil.*
4. maj. & Stollii *Historie der theol. Gelehrtheit.*
- 10) *In Philosophia: Wolfii libri Philosophici germ. & latin. & J. P. Reuschii Logica & Metaphysica.*

## §. X.

Hæc igitur sunt, quæ de selectu historiarum litterarum et librorum, brevissime in prolusione hac scholastica dicere volui et debui. Eruditi et æqui lectores facile intelligent, posse hæc omnia uberius deduci, quæ ob scripti hujus fines, extremis potius digitis attingere, quam pro rei dignitate satis explicare potui. Cuius rei ratione habita, et nimis breviter dicta, et haud forte accuratissime exposita benigni excusabunt, recordati, hac in arte tirones me maxime respexisse.

Prius vero quam Colophonem huic tractationi addam, haud abs re fore arbitror, et docentes et discentes mecum humanissime monere, ne historiarum litterarum selectorumque librorum studio et amore nimio in Idololatria litterarum voraginem nos abripi patiamur. Id quod facillime fiet, nisi pectora nostra dulcissimo Jesu amore fuerint perfusa, ut eam summam nostram eruditionem ac Philosophiam putemus: nosse Jesum eumque cruci affixum 1 Cor. 2, in quo omnes thesauri sapientiarum et cognitionis latent, Coloss. 2, 3.

liques demum in Viris eruditis, scientiis librisque suspicendis, excolendis atque legendis, modum servabunt, qui omnes res litterarias, tanquam instrumenta, fines regni Jesu Christi promovendi, rite usurpare noverint. Quæ cautiones et docentes a *Φιλαντίας* et *αυταδειας* vitio, et discentes a fastu litterarii, nimiarumque erga libros et doctos viros suspitionis crimine liberabit,

fi




fi unius necessarii , in viva J. C. cognitione et familiari ejus consuetudine positi, memores vixerint. Qua de re eximia B. Vockerodti Consultationes de litterarum studiis et cl. Poireti egregius liber de eruditione solida, superficialia et falsa cum judicio legendus, evolvantur.

Ceterum bonarum litterarum patronos ac Fautores observantissime etiam atque etiam rogamus, ut crescentes nostros oratores benevole audire, iisque ad majora audenda presentes incitamento esse velint. Dabam Ostervici, in principatu Halber-

stadiensi d. 28. Nov. A. O. R.

MD CCXLVII.



Ord.



V. **Heinrich Aug. Junge**, aus Baderleben im Halberst. **Joh. Zeinr. Zimmstede**, aus Hessen im Braunschw. und **Jost Christ. Angerstein** aus Ostern. unterreden sich von der **Tarantel**. teutsch.

Recit.

Das kleinste Insect,  
 Das wir meist sehr geringe achten,  
 Ist uns zum Licht gesteckt,  
 Des Schöpfers Weisheit zu betrachten.  
 Der es so künstlich ausgeschmückt,  
 Daß Pracht und Schönheit daraus blickt,  
 Daß Adern, Muskeln, Nerven, Fleisch und Bein  
 In kleinem Inbegriff hier anzutreffen seyn.

VI. **Joh. Carl Ludewig Küster**, aus Ostern. besinget die klägliche Eroberung der Stadt Bergen op Zoom. In einer teutschen Ode.

VII. **Ludewig Phil. Wiedebein**, aus Eulenstein. **Joh. Gottl. Weize**, aus Bogelsdorff. **Simon Zeinr. Andr. Ebeling**, aus Börsel im Halberstädt. und **Christoph Gottl. Sundeisen**, aus Sachsen, betrachten in einer teutschen Unterredung die verschiedenen Temperamente der Menschen.

A R I A. II.

**S**o unterschieden auch die Gaben,  
 Die wir von Gottes Hand empfangen haben,  
 So können sie doch brauchbar seyn;  
 Wendt man  
 Sie nur zur Ehre Gottes an.  
 Die Gnade bessert unsre Seelen Kräfte,  
 Sie heiligt auch die Blutes Säfte,  
 Daß wir sie Gott zum Opfer weihn.

- VIII. **Joh. Just Carl Lindholz**, aus Osterreich, zeigt die Unbeständigkeit des Glücks an dem Exempel des Croesus, Königs in Lydien, in französischer Sprache.
- IX. **Batcha. Goetfr. Friedr. Lindholz. Carl Friedr. Ludwig Wordenhoff** aus Osterreich, und **Just Friedr. Ulrich** aus Prieswald in der Priegnitz, stellen einige physicalische und Moralische Betrachtungen über die Wirkungen des Blüthes an, teutsch.

## A R I A. III.

**W**enn zischende Blitze die Lüfte erfüllen,  
 Wenn rollende Donner von oben her brüllen,  
 Wenn sie so wol Thiere als Menschen zer-  
 schmeissen,  
 Und brennen und schmelzen, und splittern und  
 reissen,

So zeugen sie, als die vollkommensten Werke,  
 Von Gottes unendlicher Hoheit und Stärke

X. **Joh. Conr. Harewig Neuhaus**, aus Osterreich, redet von dem Ursprung und den Schicksalen des Prätendenten in Engel. latein.

XI. **Joh. Friedr. Wengeler** aus Wulfesstedt in Halberst. stattet eine Dancksagung ab für die Reparatur der Schule, in einem teutschen Gedichte.

## Aria IV. Tutti

**L**as, Herr, unsre Schule grünen,  
 Laß sie dir zur Werkstatt dienen,  
 Schmücke dieses äußre Haus  
 Mit der innern Schönheit aus.  
 Segne unsere Patronen,  
 Und den theuren Magistrat,  
 Und laß deine Huld belohnen,  
 Was er uns erzeiget hat.







78 L 1650

X 2311792

282.







PROGRAMMA SCHOLASTICUM  
DE  
SELECTU HISTORIÆ LITTERARIÆ  
IN SCHOLIS INFERIORIBUS  
SOLLICITE ET UTILITER INSTITUENDO,  
QUO  
AD  
EXERCITATIONEM  
ORATORIAM  
IN SCHOLA OSTERVICENSI DIE XXVIII. NOV.  
HORA IX - XII.  
AB ADOLESCENTIBUS NONNULLIS  
CELEBRANDAM,  
OMNES  
MANSUETIORUM LITTERARUM  
MÆCENATES, FAUTORES AC  
PATRONOS  
EA, QUA FIERI DECET, OBSERVANTIA  
INVITAT  
FRANC. ANT. VAL. GERHARD,  
RECTOR.

~~~~~  
WERNIGERODAE, M DCC XLVII  
Exscripsit litteris Ioh. Georg Struck, typographus aulicus.



*Rector Schütz*